

(Je mi líto, nemám náš fakultní nebo vůbec MU, toto je z JAMU):

B. F. F. F. Q. S.

Summis auspiciis
Rei publicae Bohemorum
Consilium studiorum
Academiae artium musicarum Janáčkianae Brunensis

iustum ac laudabilem morem sequens, quo viri excellenti ingenio praediti,
qui de litteris et artibus colendis optime meruerunt, dignitatibus academicis ornantur,
facultate artis dramaticae suadente uno animo decrevit,
ut vir illustrissimus

Ivan Vyskočil
Pragensis

Qui singulari suo ingenio initiis theatri Bohemici inusitati et usque tempus modernum vulgo
non exercitati mirifice astitit, cuius deinde opus ad rem litterariam non secus ac ad poesim
scaenicam artemque ludicram multis modis plurimum attulit, qui etiam inter alia merita, quae
vix enumerari possint, scholas in quibus studentes artem disciplinamque scaenicam percipiunt
auctoritate sua miro permultisque sequendo modo curabat,

HONORIS CAUSA IN NUMERUM DOCTORUM ACADEMIAE ARTIUM MUSICARUM
JANÁČKIANAE BRUNENSIS RECIPERETUR.

Quod consultum cum decreto Publicae Commissionis Bohemicae Dignitatibus Academicis
Tribuendis pribatum esset,

IN SOLLEMNI CONCILIO VIR SUPRA LAUDATUS

DOCTOR ARTIS DRAMATICAE HONORIS CAUSA

A NOBIS CREATUS AC RENUNTIATUS EST
omniaque huius dignitatis iura et privilegia in eum sunt collata.

Datum Brunae die 6^o m. Maii a. MMV^o

In cuius rei fidem hoc diploma conscribendum et Academiae sigillo roborandum curavimus.

Rector

Facultatis Artis Dramaticae Decanus

Promotor